Al's humor putridus actu

uel exp digestionis in sanguine aut solo no
p mixto alijs humoribus non consideratur
possunt tres dispositiones in permixto aut alijs
sic non ratione sui sed permixtore cum eo Et
debes scire quod triplex materia siue materia triplex
in corpore reperiri potest scilicet nam si humor
non putridus paratus tamen et dispositus
ad putrefactionem et corruptionem per eius propria cor
dictum neutra decidente Et talis humor non
solum in corpore extra egritudine mali nunc
reperiri potest et secundum plures de facto reperit
sed etiam in corpore egro nunc Et semper et
stat in eo ratione cause coniuncte Et est
causa coniuncta egritudinis malis aut
per se et immediate aut mediate suo
humore putrido uel vapore ¶ 3a materia est
ipse vapor copiosus et putridus ab
humore elevatus qui secundum quosdam dicitur
tenere rationem cause coniuncte scilicet putride
¶ Rursum scire debes quod apud autores
est alius modus siue alia maneries
digestionis quam satis largissime digestio
dicitur et est remoto contrarium rei prohibentis
actionem virtutis expulsiue fieri circa materiam
nocivam digestam uel indigestam preter
tres modos subiecti ipsius materie iam dictos
in precedente digestione Et remoto contrarium
tamen dispositionis per quam materia posset de
relinqui a natura et non regi et non gu
bernari per quam paratur ad putrefactio
nem Et iste dispositiones aut sunt ex parte
materie aut ex parte corporis ex parte materie aut
ex parte quantitatis eius superfluens et mul
tum gravans inde natura sic quod natura dere
linquit eam et non gubernat que sic
derelicta paratur putrefieri aut per
sua grandedine corrumpit expulsivam ad
expellendum ante tempus conveniens aut
sunt ex parte qualitatis materie Et hec aut
qualitatis prime ut quia est calidior aut
frigidior siccior quod humidior quam
oportet Unde est parata relinqui a
natura et sic putrefactioni Aut qualitatis
subsequentis a prima ut quia sic acu
ta pungitiva mordax vel sic vehe
menter putrida aut venenosa quia
propter virtus expulsiva aut non temp
tat aut non potest ¶ Dispositiones vero
ex parte corporis sunt pororum opilatio
transpirationem prohibens viarum clausio
materie prohibens transitum Et canalium co
angustio materie prohibens expulsionem
et exitus Et sic de huiusmodi dispositionibus cor
poris materia redditur inepta ad expul
sionem facilem Est igitur digestio lar
gissime sumpta predictarum dispositionum materie
et corporis remotio Cum itaque digestio
nostra fiat ratione in obedientie materie advir
tutem expulsivam quacumque de causa in

obediens sit et fiat obediens quemcumque
a suo distemperamento in equalitate reduc
ta fuerit ad temperamentum et equalitatem
Et omne immoderata secundum contrarium ab in
moderato nature sicut educi ut sup
patuit per Gal' in tegni sequitur illud
quod Gal' dixit xi terapeutice quod diges
tio per contrarium fit dispositionem crudidatis uel
inaptitudinis uel inobedientie materie
ad expulsivam Itaque digestio que
attenditur contra modum subiecti per contrarium
fiet si enim peccavit materia sua subtili
tate per ingrossationem digeretur Et si sua
grossicie per subtiliationem et si sua vis
cositate per incisionem Et sic dixit
Avic' Necesse est ut inspissetur sub
tile et subtilietur grossum et incidatur
viscosum Et peccavit materia sua superflua
quantitate immoderata et si sua quali
tate erit alteranda Et si in corpore
clausio et opilatio et coangustatio
fuit exopiletur et aperiatur ¶ Ex dictis
comprehendere potes quod prime materie de tri
bus supradictis debetur utraque diges
tio in nocitivo Et prima quidem quia
propter suum malum modum subiecti ipsa pa
rata est putredini Et 2a scilicet largissima
quia propter sua nimia quantitatem uel qua
litatem ipsa parata foret putredini
Et 2e materie similiter debetur utraque predicta
digestio set quia cum humor putridus
ultimatum gradum putredinis acqui
uerit quem digestio rectificare non potest
3a materie vaporali non convenit prima
digestio de predictis Nam et si quia
subiecti inequalitatem habet illam trahit
a humore a quo surgit Retinet autem
dissolutum natura eius a quo dissolvitur
ut dixit Gal' 3o afforismorum Cum cres
cit Et cum prima eius de causa putredinis
potest diversitatem humorum a quibus
surgunt Et dixit io quod vapor humoris
melanconici est pulverulentus Erit ergo
rectificatio in equalitatis si qua est
substantia vaporis per rectificationem substantie
humoris a quo surgit vaporibus tamen
convenit digestio largissima pro ipsorum
digestione ¶ Medicus querens ipsorum
transpirationem ad extra corpus poros ape
rit Et querens remissionem acuitatis
et mordacitatis ipsorum extinguendo
frigida et humida prohibet uel exhibet
¶ Et potest ex dictis patere quod digestio fit
aut ratione dispositionis future fieri ut
cum ad causam antecedentem dirigitur aut ratione
dispositionis facte et facte ut ut cum ad causam
coniunctam dirigitur Et sic patet quod digestio
debetur cause antecedenti et coniuncte Et quod
cause antecedenti debetur patet precedendo


© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg